



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite  
Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Canon Decimusquintus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

Quia in re non paucos mortaliū misere falli cōperio. Fallūt em  
seipso, dum sibi in vno aut altero vicio cōniūtes, qd p suis  
quisq; morib⁹ veniale putat, reliqua grauior execrāt. Bona  
pars eorū quos vulg⁹ integros et incorruptos appellat, furtū,  
rapinā, homicidiū, adulteriu, icestū oppido detestant̄. At sim-  
plicē fornicationē, & moderatū voluptatis vslum / vt leue cō-  
missum neutiq; refugiat. Alius ad reliqua sat incorruptus, bi-  
bosior est, in luxu interperatiō. Alius linguae licētioris. Ali⁹  
Vicijs suis qsc̄ libēter ignoscit inanior & iactantior. Quo tandem vicio carebimus, si ad hunc  
modū suo quisq; blandietur? Argumentū est istos ne reliquas  
quidē virtutes vere possidere, quibus vllum viciū placet sed  
potius simulachra quadā virtutū, quae vel natura, vel educa-  
tio, vel cōsuetudo deniq; & gentilium animis addidit. At qui  
Christiā odio vnū quodlibet viciū execrat̄, oia detestat̄ ne-  
cessē est. Cuius animū semel vera charitas occupauit, pari des-  
testatione vniuersam malorū cohortē psequit̄, ac ne in venias  
libus quidē sibi blandiſ, ne a minimis sensim ad maxima dilas-  
batur, & dum in leuib⁹ oscitat, excidat a summis. Et si nō dū  
forte qas vniuersam viciorū stirpē euellere, m̄ q̄tidie de malis  
nris aliqd decerpēdū, bonis moribus sp̄ aliqd adiūciēdū. Ad  
eū modū decrescit aut crescat, ingens ille cumulus Hesiodus.

¶ Canon Decimusquintus.

Si te territabit labor quē oportet in cōflictu rētationū subire,  
hoc erit remediū. Noli molestiā pugnā cōferre cū voluptate  
pc̄ti. Sed prēsentē amaritudinē pugnā cōpone cū futura ama-  
ritudine pc̄ti, quae viciū cōsequit̄, tū p̄sentē dulcedinē culpa,  
quae te illectat̄, cū futura dulcedine victoriā, et trāquillitate mē-  
tis, q̄ cōsequit̄ strenue pugnantē, & mox videbis, q̄ iniqua sit  
collatio. Verū in hoc fallunt̄ parū cauti, qd amaritudinē pu-  
gnā cōparat̄ cū delectamēto pc̄ti, nec respiciūt, qd hoc atq;  
illud cōsequat̄. Cōsequit̄ autē viciū, multo tum grauior, tum  
diuturnior molestia, q̄ uincēti fuerit i cōgressu futura, victo-  
rem item lōge maior ac durabilior voluptas, q̄ victo fuerit, q̄  
traxit in culpā. Id qd facile iudicabit, qui fecerit vtriusq; rei pe-  
culū. Verū neminē Christianū oportet vsc̄ adeo ignauium

Hesiodi cumu-  
lus.

Laboris diffi-  
cultas qualiter  
lenienda

esse, ut quū quotidie succūbat tentationi, nō saltem aliquando vel curet experiri, qd sit vincere tentationē. Quod quo fecerit frēquētus, hoc fiet victoria dulcior.

## ¶ Canon Decimusextus.

Quod si qn̄ te cōtigerit lethale vulnus accipere, caue ne p̄tin⁹ abiecto clypeo/relicis armis hosti te dedas. Id qd̄ aiaaduerti non paucis accidere, quibus animus natura est imbecillior & muliebrior, vt semel,p̄strati, desinēt reluctari, seleq; totos permittat affectib⁹, necq; cogitēt de recuperāda libertate. Nimirū pīculosa est ista pusillanimitas, quae cū interdum ingenij non pessimis adiūcta sit, tamē ad id qd̄ est oīm pessimū soler addūcere, desperationē. Aduersus hāc igīt hac regula cōmuniēda mens est, vt lapsi in p̄ctū, nō solū desperem⁹, sed gnauos mīlites imitemur, quos nō raro pudor ignominiae, & accepti vulneris dolor nō modo non cōs̄ic̄it in fugā, verū ad fortū, qd̄ antea/pugnandū/acuit redintegratq;. Itidē nos quoq; simul atq; in capitale noxiā fuerim⁹ inducti, ilico p̄perem⁹ redire ad cor, & lapsi ignominīa noua virtutis alacritate resarcire. Facilius vni vulnē medeberis, qd̄ multis, facilius recēti, qd̄ inveterato iam putricq;. Anima temetipsum versiculo illo notissimo, quem usurpasse Demosthenes legitur, Vir fugiens & denuo pugnabit. Cogita David, ppheta, regem Salomonē, Petrum ecclesie principem, Paulum apostolū, tāta lumina sanctimonīa, in quaē sclera tamen inciderint. Quos fortasse vel ob hoc cadere pmisiit deus, ne tu lapsi desperares. Erige te igīt in pedes, sed statim magnocq; aio, atq; in pugnā redito, tū ardētior, tū cautior Fīt interi, vt et capitalia comissa pījs hoib⁹/cedat in cumulū pietatis, dū ardēti⁹ amāt, q turpius errarūt.

## ¶ Canon Decimusseptimus.

Sed aduersus alios atq; alios tentatoris incurſus / alia atq; alia remedia sunt accōmodatoria. At vnicū, multoq; oīm efficacissimū remediū, aduersus omne vel aduersitatis, vel tentationis genus est crux Christi, quae eadē est & errantib⁹ exemplū, & Crucis Christi laboratib⁹ refrigeriū, & pugnatib⁹ armatura. Hæc est vna cō efficacia & veſcīca oīa tela nequissimi obīciēda. Proinde conuenit in hac dī mysterium

K ij

Lapsi qd̄ citiſſime ad christū  
revertendum